Porrō funes paupertatis, vel, ut ex Hebreo aliqui tantum, funes armarum, sunt funes seu vincula afflictions; que scilicet afflictionem afferunt, graviter vexant, premunt, adstringunt. Quod si igitur pauperes ipsi egestate premuntur, neque ab illis minus quam à ferreis vinculis constringantur ; si tamen illi tyrannorum ingenium et mores imitati violenti fuerint, et illis cooperati flagitiis, non levius quam tyrami ac reges punientur. Ut enim Deus non abjecti potentes, quia potentes sunt, sed qui inflati opibus, et abusi potentiā, tenuiores opprimitur, et à Dei observantia impudenter recedunt ; sic etiam non facet pauperibus, qui pauperes sunt, sed qui humiles, modesti, addicti Dei voluntati, et qui in eo spem locarunt suam : nam si illi crudelis fuerint, raptiores, violenti, non alio illo loco Deus habebit quā potentes, et qui tyrannicos spiritus imbibuerunt. Hoc autem modo Jobum in paupertate se dolore, cùm clamat assidue, à Deo tamen exaudiri negat, quia regis auctor alit spiritus, neque adiuc Tyrannicum exult ingeniū.

Illi observandus dicendi modus, quo pauperum significatur aut ferinus animus, qui ad aliorum diripenda bona aut eum cedem amplexat ; aut praeceps aliis et immoderatus affectus, qui tamen non crumpit in opus, quia à paupertatis incommodis impeditur. Sic multi tandem furorum à vindicta cohident, manus à rapina, lascivos motus à damnata venere ; qua clausi tenentur in custodiā, neque manus à manicis, neque pedes à vinculis expeditos habent. Sie quos paupertas impedit, neque quidquam ad vim et cedem facultatis concedit, licet manus habeant inermes, animos tamen habent armatos et spirantes iram, quam explore non possunt. Hos itaque pauperes judicat Deus, et punit severè, non secus ac tyranno ; quia tyranno sunt animo, etiam manus habeant innocentes. Dixit hoc perquam optimè Seneca, Epist. 42, cujus ista sunt verba : *Multorum, quia imbecilli sunt, latent vita, non minis ausura, cùm illis vites sue placuerint, quia illa quæ jam felicitas operari : instrumenta illis explicanda nequissime dessunt. Sie tuō serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore : non desunt tunc illi venena, sed torpens. Multorum crudelitas, et ambitus, et luxuria, ne paria pessimi audiat, fortuna favore deficiat : eadem velle eos cognoscere, da posse quantum volunt.*

VERS. 10. — REVELABIT QUOCUM AUREM EORUM, UT CORRIDAT, ET LOQUEATUR, UT REVERTANTUR AB INQUISTIONE (1). — VERS. 11. — SI AUDIERINT ET OBSERVARENT, COMPLEBUNT MLES SUOS IN BONO (2) ET ANOS SUOS IN GLORIA : — VERS. 12. — SI AUTEM NON AUDIERINT, TRANSIBUNT PER GLADIUM, ET CONSUMENTUR IN STULTITIA (3). Pingit hic Eliu officium divinæ bonitatis.

(1) Aperiet annes, vel auro vellet hominibus, vel monebit animadversionibus et suppliciis, quibus illos punxit, et resipiscunt. Loquebit illis secreta affabilius, vel per exteriorē ministros.

(Calmet.)

REVELABIT AUREM EORUM. Id est, indicabit eis clare et aperèt, ob qua sua sceleria puniantur.

(Tirinus.)

REVELABIT QUOCUM AUREM EORUM, UT CORRIDAT. Latinī pro eodem dicent *vellet auren*. (Grotius.)

(2) Pote et Graci : *ενταξιστοὶ τὸς ἡγεμόνων αὐτῶν, ἐπέλασιν οὓς σὺν εονίσιοι*. Legemur, ut nos, 172, complebunt non male, quoniam illi codices habuerū ἔργον, id est, velutistimē dēs orum. (Grotius.)

(3) Hebrei : *Morientur defecta scientia ; quod aures præbere Dei vocibus recusant, quod officium noscere et perseguiri noluerint. Sermo est de viris principibus regisque. (Calmet.)*

TRANSIBUNT PER GLADIUM. Gladii eos absunt.

CONSUMENTUR IN STULTITIA. Eo modo peribunt qui stulti solent, peccatores scilicet, et peccatis illis parasitū.

(Menochius.)

Si contra obsurdescent, et in peccato indurentur tunc eos gladio transaligunt, adeo ut ex voluntaria sua insciā, et indolis animi stupore male perirent. In gladium transibunt, i. e., miserè peribunt, et absque illa salutis spe, ut qui gladio percussi est, posita specie pro genere. 34, 20, ut supra 35, 27, *כְּבָדַעַת* est positum, est proprium *telam, jactum, à mitondo*. Alii, per gladium transibunt, i. e., gladio alsumuntur, peribunt, ut supra 34, 20 : *Commorabuntur populi et transibunt*, i. e., peribunt. Sed malo : *in gladium transibunt*, quasi dicit, incident in gladium et arma. Et espirabunt sine scientia, i. e., quod scire noluerint, et considerare ac intelligere dei monta. Vel : in stultitia suā mo-

tis, que impios inspirationibus instruit, illuminat, emollit, terret, afficit, ut si rectè agant, premium, sin obdrescant, prenam reportant. Damna etiam et incommoda afferendo loquuntur Deus, et suam voluntatem declarat, ut cap. 35, pluribus exposuit ipse Eliu ; isdemque viis revlat aurem, id est, facit ut eum audiant, et ejus vias obsecundent. Suppliciis enim Deus purgat et recludit aures, ad quas cum vitis tam perversa doctrinā obstat, erat aditus vera discipline. Cujus rei multa in libro Iudicium exempla existant, quo sc̄p̄ narratur filii Israel abducti, à Deo miseris et armatis fuisse revocati. Quare subdit :

SI AUDIERINT ET OBSERVARENT. Id est, si penitus affecti, gravissimopue malorum astu jacenti resipiscunt, et ad meliorē frugem redierint, audiētes et observantes precepta Dei, presertim illud, ut poneat eos scelerum suorum ; complebent dies suos in honore, etc. Id est, miseris levabuntur, et tranquillam vitam agent, ac multis gloriis ornamenti augebuntur.

SI AUTEM NON AUDIERINT, TRANSIBUNT PER GLADIUM. Id est, si homines iniqui suppliciis à Deo poenitentia mulctati non resipiscunt, extremam Dei experientiam vindictam ; hanc enim gladium appellant, quo iniquos homines aeternā morte absunt. Sic Joannes narrat in Apocalypsi se vidisse Filium hominis cum gladio ex utrāque parte actu ex ore eius procedente. Falcam etiam sive gladium Zacharias videt volantem, quem venturum ait ad dominum fugis, et ad dominum jurantis in nomine Dei mendaciter. Quo gladio Deus per Isaiam populi sui scelerā se ulturū ministrat dicens : *Quod si notueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos*, cap. 1, 20. Rectè autem addit :

ET CONSUMENTUR IN STULTITIA. Nulla enim major stultitia, quā Deum totius scientie et sapientiae fontem, atque ad eō tamquam patrem animadventem non audire, sed eis consilla et officii precepta negligere. Quamobrem scelerati homines, licet sapientes nonnulli quidam illorum videantur, stulti non raro in Scripturis appellantur. In Hebreo ad verbum est : *Peribunt, eō quid non scientiam, subaudi habent*. Sic dicitur Osaeas iuxta textum Hebraicum : *Perit populus meus, eō quid non habuerit scientiam : quia tu scientiam repudiasti, repellam te*, cap. 4, 6. Ut autem intelligentiam Graci liberiori paraphras nonnunquam usi fuisse, ita hunc versum, licet in eamdem sententiam reddiderim : *Ἄστεται τὸς ἡγεμόνων, περὶ τὸ μὲν πολεμῆσαι εἰδέναι τὸν Κίρον, καὶ τὸν πολεμούσαν αὐτὸν Ἱπποῖς* verò non facit salvo, eō quid noluerunt scire Dominum, et quia admonisi obedire recubārunt.

VERS. 45. — SIMULATORES ET CALLIDI PROVOCANT IRAM DEI (1), NEQUE CLAMABUNT CUM VINCTI FUERINT rientur, dum dei monita respentes stulti esse per-

gent. (Rosemüller.)

(1) Impi magis magis Deum cō provocant, quid inter malā à Deo inflata, ut coacti ad Deum redant, preces illi suscitorre recusant. Reddi etiam potest Hebreus : *Hypocrite animatum adverterunt : nequa vociferati sunt, eō quid alligaverit eos. Monita hæc suadentis insenserunt quidem auribus impiorum, eaque illi op-*

Quidam ex Hebreo ita veruntur: *Hypocrite falsi cordis iram coacerbant*. Nomen enim ἄρνησις chanph Vulgatus ferè semper *hypocritis* transferre solet, quavis hoc loco *simulatoris* transferat; quia hypocrita nomen simulatore significat. Aptè autem cum *simulatoris* dixisset, inquit S. Gregorius lib. 26 Moralium, cap. 28, addidit et collidi: quia collidi procedit quicunque *simulator est*, unum tenens, et alterum ostendens. Quod et D. Augustinus observavit, lib. 26 Civitate cap. 19; fit in autem non dict quid mereantur iram Dei, sed quid provocent, ut illelibet S. Gregorius observat: quia non tantum iram Dei sicut ceteri peccatores promoverent, sed eam urgent, et excitant contra seipso.

Septuaginta juxta Hebreum veruntur τὸν ποτε φόβον, ordinabunt furorum. Quod Graec Patres ita intelligunt: simulatores ipsos contra se ordinare divinum furorum, Dei fulmen in caput suum evocare, dictere quadammodo sibi futurum exilium, aeterno furori esse obnoxios, omnem denique Dei furorum contra seipso dirigere et ordinare, eo modo quo per oppositum sponsa dixit spousum suam in ea ordinasse charitatem, id est, totum suum amorem, ita ut illam totius amoris sui fecerit quasi terminum. Pagnus vertit: *Ponent furorum super se*, id est, firmiter statunt, et disponunt eo modo quo duxit ponere fortitudinem exercitus super aliquam civitatem; et Deus ad Ezechielum constituit ut *poneret arietes*, id est, instrumenta quatiedi, in gyro Jerusalem. Regie legunt: *Ponent nasum* id est, vehementem iram, quam Scriptura per nasum solet significare, quo fortiter spiramus quando fortis ira succens sumus.

Huc etiam pertinet ea quae propriè in Evangelio dicitur hypocrisis: quod est genus quoddam simulationis et vitium, quo quis ficti et asciitissimi operibus callido artificio usurpat, ad sanctimoniam in hominum luce oculisque ponendam, famam sibi et nominis existimationem accipitur. Res clara est in divinis Evangelistarum commentariis, gravissimis à Christo verbis damnata, ut cui toties magna et formidandum impetratur. Cùmque acerbum, durum, inusitatum et scleratum hominibus repositum vellet Christus supplicium expovere, dixit, Matth. 24, 28, *ponere partem illius cum hypocritis*. Quasi hypocrite Dei fulmen, quantum quantum est, et gravem manum experti sunt aliquando vindictim percepentes; sed è perduce se passi non sunt, ut clamarent ad Dominum, quippe quos vincitos et immobiles coercerant prava habituidines, superiora et criminis vincula. Alter: *Impi corde mala malis accumulant, quibus iram Dei in se provocent, neque clamant ad Deum, cum cruciantur*. (Calmet.)

NEQUE CLAMABUNT CUM VINCTI FUERINT. Non ita clamabunt ex claudienti, nisi hypocrisia exstant exanimatio, et peccatum aversentur. (Menochius.)

NEQUE CLAMABUNT HYPOCRITE, ad Deum: quia etiam dim corripuntur et puniuntur, nolunt videri delinquisse, quare nec liberabuntur a Deo. (Tirinus.)

SIMULATORES ET CALLIDI PROVOCANT IRAM DEI. In Hebreo, *falsi corde ponent iram*: ubi *ponere* est id ipsum quod ὑποσχέσθαι, *thesaurizare*, dicit Apostolus Rom. 11, 5.

NEQUE CLAMABUNT CUM VINCTI FUERINT. Non dabitur illis tempus ad agendum penitentiam: ita subito opprimentur. (Grotius.)

cum illius simulationis. Quod etiam pī Prophete haud obscurè denuntiaverunt. David moerens, et eorum hominum extixi conturbatus, suam ad lyram id canebat, Psalm. 52, 6: *Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent*. Quos sanctus Cyrilus interpretatur ὁποιοποιεῖ, *hypocritis*, bonitas et virtutum simulatores, ut hominibus placeant. Horum omnium ossa, id est, robur vimque Deus extenuabit, fictas et fucatas virtutes in ventum nihilunque disperget; quarum prelum fuit inanitas, gloriole captatio, vani fumus horroris.

Aud Sophoniam quoque istiusmodi minas intentat: *Visitabo super omnes qui induit sunt veste peregrinā*, Sophon. 1, 8. Ubi visitare è sacri sermonis usu est punire, severitatem exprimere. Per vestem autem peregrinam Rupertus intelligit hypocrisim, quasi filii simulationis opere plurimo et levissima contextum, et velut latum clavum in humeros impositum ad decorum futiliumpompam. Hoc inane paludamentum mendacio illiusm sit visitabut exigiturque Deus, exuretque in theatro mundi atque in luce omnium populorum, et vulpeculas illas ex involucris simulationum eductas ad sempiternam hominum contumeliam exponet. Ita Cressolius Anthologize cap. 10, sect. 4.

Hi itaque qui sanctitatem simulant, et honestatis facia specie turpitudinem celant, furorum in se divinum acunt; neque dum diris urguntur incommodis utiliter elamant, quia non bene cum hypocrisi convenit duplex oratio; quodquidem conscientia, qua dī Deum repulit, zegrē possit ingruente procella celeste auxilium fidenter implorare. Anteacte nimur turpis vita membra animum enervat; quemadmodum justitiae culte recordatio roboretur. Qualis porrò plerumque sit similitudin exultus subjungit:

VERS. 14. — MORIETUR IN TEMPESTATE ANIMA EORUM (1), ET VITA EORUM INTER EFFEMINATOS. Hypocritis

(1) Nampe acerbo fato suferentur; improvviso turbino rapientur. Hebreus: *Anima eorum in juventute morietur*, antequam noscere et lugere peccata juvenitis possint.

ET VITA EORUM INTER EFFEMINATOS. Vox Hebrei significat homines prostitutioni et libidini sacros, infamia religiosis superstitione. Hebreus: *Et vita eorum in medio sanctificatorum*, vel consecratorum, devotorum. Septuaginta: *Et vita eorum vulnerata ab angelis*. Peribunt, ab angelis mortis, vel exterminatoribus eis. In unum hi censum colliguntur hypocrites et ilii qui Dei vocibus aures preberent nolunt, cum hominum infamis et corrupissimis. (Calmet.)

IN TEMPESTATE. Calamitate. Septuaginta propriè ex Hebreo, in juventute.

VITA EORUM INTER EFFEMINATOS. Septuaginta habent, et vita eorum vulnerata ab angelis, quod commode intelligi potest de Sodomis, quos angelii incendio sustulerunt. Benè autem idem dicuntur effemini, proper impuram venerem, quam exercentur.

(Menochius.)

MORIENTUR IN TEMPESTATE. Hebreicè, *cum rugitu*, id est, horribili morte; vel, ut Septuaginta et Chaldaeus verunt, in adolescentia sua, id est, intempesiva et præmatura morte.

ET VITA EORUM INTER EFFEMINATOS. Hebreicè, *inter cinedatos*, qui ob fodissimum turpitudinem solent exiisse Deo et hominibus, et ferè violentia ac probris morte in prostibulis cadere: unde Septuaginta legunt,

et simulatoribus, inter quos Jobum censem, mortem immaturam et infelicem denuntiat, qualis solet in tempestate aut subita ruina contingere; et vitam ignobiliam ac sordidam, qualis esse solet hominum effeminatorum et Cyzcedorum, qui infamia publicè notantur. Dicitur autem in tempestate mori, cui vis ait alia quevis causa gravis et turbida vitam admittit, neque illam pacate nature vis mitior aut necessitas extinguiri. Quod opponitur morti pacifice, quia videlicet homo in Scriptura dicitur in pace mori. Sie lib. 5 Regum, cap. 2, praecepit David Salomon filio, ne canos Job, quem expeditus fuerit infidelem, ad sepulcrum deducere pacificè. Quo loco Sanctus noster docet pacificè seu in pace mori illos, qui non vi extrinsecus allata perierunt, sed aut senio confecti, aut morbo consumpti: ita ut non tam homo à ferro aut hominum iniuria, aut subita ruinā, aut tempestate, quā naturā ipsa mortali videatur extinctus. Hoc nempe significatur in tempestate, quae plerūque repente ingruit, et secundum hominem ante summum tempus abrupti et permit: ut in naufragio experientur quotidie qui absorbuntur à fluctibus; et quos vibrata è nubibus fulmina confundunt.

Mori itaque in tempestate id est, quod immaturam mortem oppetrere. Id quod Septuaginta experserunt dūm verunt, et retrors, in juventute: quod item ali frē omnes ex Hebreo transtulsterunt, licet non eodem sensu. Nam quidam in juventute etatem considerant immaturam et infirmam, et hoc communiter; ali stupore et ignorantia, ut expressè reddit Tigrurina: *Moriatur anima eorum per juvenilem stoliditatem*. Uri forte insinuator mors effeminatorum aut immatura è veniers intertemperiantur; aut stolidi et veluti brutalis sine contritionis sensu ac penitentie fructu, sine Dei viteque aeterna recordatione, sine cura propria salutis; ac si tempestas, venti, maris, Quod autem subdit.

ET REVELABIT IN TRIBULATIONE AUREM EJUS, S. Gregorius lib. 26 Moralium, cap. 25, sic exponit: *Auren in tribulatione revelare, est auditum cordis verborum plagi aperire*. Viris igitur bonis calamitates non solù nullo detrimendo erunt, sed etiam commodum maximum hoc ex eis reportabunt, quid illis ad pietatem informabuntur, et divina doctrina peritores fient; id enim significat auren ejus revelare; id est, docebit eum. Dici enim non potest, quād quāmē divinā pruentia eum augeant calamitates, qui patiēter eas

(4) Humiliter resipescunt, et ad Deum piè clament: et consequenter quoque, si talis esset voluntas. (Tirinus.)

Eripit affliction in afflictione suā, dim in mediā miseria versatur, nec sinet eum perire. Nec malè Schulensis: *humilem in humiliante*, h. e., qui dim à Deo affligitur, verè est afflictus, contritus, omnem priscam superbiam deponeat, nec Deo obmurmurans. *Revelatur in molestia*, seu arctatione auren eorum, i. e., eos admonet, ut ad se redeant. Potest διὰ τὴν μόδην significare, *per afflictionem*, afflictionis benefici, quam eis immittit, sui offici eos commonefecit. Observa elegantem Hebreos paronomasiā in διὰ τὴν μόδην. (Rosenmüller.)

VITA EORUM INTER EFFEMINATOS, sic intercipitur corum vita, quomodo Sodomitū intercepta fuit. (Grotius.)

et æquo animo tolerat, Dei fretus præsidio. Hunc fructum se ex illis suscepisse maximum intelligebat David dicens, Psal. 118, 71: *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.*

Septuaginta hoc hemisticum ita vertunt: **K**ρυπτὸν δὲ
μπάτον ἰδεῖν τὸ μέρος μεταστόρων εἶπεν;
tunc scilicet, cum morte multebarum impii, ut versus
superiori dixerat; quemadmodum diebat David, Psal.
159, 12: **V**irum infusum malā cōspicere in interiu.
Cognoi qui: **F**urit iustus Domini iudicium inopis et vindictam
parumper. Itaque eis aurum eorum Gracis fuit iudicium
eorum: quoniam nullus ante iudex eos audiebat, ut
apud iudicium redderetur, et ab indignā improbiorum
oppressione liberaret: quam tune omnes iniquam
fuisse intelligent, cum improbus debitas penas per-
solvere videantur.

VERS. 16. — IGITUR SALVARIT TE DE ORE ANGUSTO LATISSIMÆ, ET NON HABENTE FUNDAMENTUM SUBTER SE (1) : REQUIES AUTEM MENSE TUE ERIT PLENA PINGU-DINE. Oratio paranetica est , quâ Eliu Jobum ad po-

(1) Si fiduciam et fidem pauperis imitatus essem, Jane Deus ab his malis, quae patueris, liberasset; teque exdissuet ex desperationis abyso, cuius vorago sine caret et fundo. Alter: *Renueris te ubi ore angustie, et clause loco, in quo detineris, in latitudinem non angustum undique.* Persimilium phrasim familiarem habet Psalmista. (Calmet.)

DE ORE ANGUSTO LATISSIME. Ex barathro, cuius os angustum est, et in latitudinis locum educt, id est, ex angustiis, et calamitatibus liberatum felicitati restitut. (Menochius.)

SALVAT DE ORE ANGUSTO, *sou angustia;* quasi ex
ructo ferri pessime eductum. Per prospopopelan enim
tribuit *angustia;* ac si fera esset, os hians ad devorandum.
Et vero miseris contenter et absimilum pa-
tationem hinc, quasi dentibus fera crudelissima. Vel
si mavis aliis metaphoram, absorberit quasi statu
foveas profundissimas, et non habente fundamentum, seu
fundam, *saber se;* ex quo possit emergere. Quod
sanctus Gregorius moratiter de immenso *titorum* pro-
fundo; Philippius et quidam alii in Catena, Allegoriae
de inferno explicantur. Ex Deus que, si, resipiscens,
open iuxta inclinans, *latissime salvabit;* Hebreas
et Chaldaeis, ditabat te ne amplius sis in angustia; et
erit requies mente tua plena pinguedine; id est, omni-
bus bonis ac deinceps quieti afflues, ac si mensa instruc-
tissimam assidere. Hac expende, o Job: et sans
consilio obserue. (Tirinus.)

Theus revocat ad hypothesis, hoc est, generaliter de pectora afflictioribus, quod eas Deus mittat in honum et salutem ipsorum, accommodat ad Iobum. Similiter, inquit, tecum agit, & Jobe. Et *etiam te removet ex ore angustie*, i. e., ab angustia, metaphorā a ricta fore ducta, que cum sit deformatio. Verbum *מִבֵּית*, in kal non usurpatum in v. T. s. sermoni hebreo primum, quare enim nō est contextum locorum, quibus occurrit, et si finienda. Videlicet in genere *transiere*, *incitare* ad aliquid notare, fere in malum, ut p. 2, Deut. 5, 15, Jerem. 58, 22, 48, 5, al.; ut quia qui incitat, incitat ab una sententia aut et prope et propriè et removet ab alteram; ideo verbum hoc per *removere sumit*, ut hie à Jarchio expatiatur, *proprietate*, et *hieronymus sensum exprimit non incommode verit: iijtior saturabit te*. Ita et alias hoc verbū videt sunt. Locus apertus est, quem Aben-Esra et Levi Gersonides citat p. 2aral, 18, 31, ubi de Josaphat cum in pugna adversum Syros ad Ramoth-Gadad putaret esse Achabus, regis Israheli, qui habuit mūtarat, ne agnosceret, dicitur *וְיָדָה וְלֹא יַרְאֶה* et *propulit*, ne agnosceret, avertit, *eos Deus ab illo*, ut non videat.

intiam hortatur, spondetque fore, ut Deus eripiat
cum de ore angusto, hoc est, de calamitate, que simili-
bus est putoe fugiuntibus os angustum habentibus, qui-
bus si semel homo absorberet non superest spes
emergendi. Quia metaphorā usus est David dicens, Psal.
68, 17: *Non absorbet me profundum, neque ver-
get super me putes os suum.* In elāque re Deus amicis
suis quam eximius patronus sic lucenter declarat,
cum in summā rerum desperatione summa salutem
affert, quam significat latissimum dicens. Id est, latissi-
mū salvabit, ex magnā rerum angustia in amplissi-
mam vindicans latitudinem, ut dicebat Regius Vates,
Psal. 17, 19: *Prævenerent me in die afflictionis meae;*
et factus est Dominus protector meus; et educit me in
latitudinem; salutem me fecit, quoniam voluit me. Sed
quoniam Hebreum 7, 27 non solū angustum, ut
verit Vulgatus, sed etiam hostium et inimicorum, qui
arret et affligat, significat, alter Graeci hunc locum
verterunt; tum quia *quod salvabit* Vulgatus verit,
Hebreiāc est verbum *quod prò propriis removere*
significat. In eam ergo partem Graeci verba hæc acce-
perunt, ut illis adhuc iniqui hominis seculorum expoun-
tror, propter quæ peccata illam mature mortis con-
meruit, ita vertentes: *Kai προπονητός εσθιεται τρέψος,*
επέσος. Et scholasticus ad *Supradictum* ut ab ore inimici. Ubi Polychro-
nus Scholonus legunt: *Kai προπονητός εσθιεται τρέψος.*
Et præterea, *quoniam decepit te.* Putant enim post bre-
vem illum interjectionem de iudicio mansuetorum re-
dire ad causas memorandas, cur hypocrita, male pœ-
reant; et interpretantur προπονητός, id est, προπονητός, ad
hac. S. Augustinus legit: *Et quia decepit te.* Est autem
homini iniqui ad omnem malitiam et frauden-
tversare menteum, sed et dolo male agere. *Non est in*
ore corum veritas; cor eorum vanum est; linguis suis
dolose agebant; iudicata illos, Deus, ait David, Psal. 5,
10.

NON HABENTE FUNDAMENTUM SUBTER SE. Hyperbolica
abyssi sive profunditatis, cuius fundum inventire non
datur, similitudine gravissimam notat ærimum, à
qua vix subi spes evadendi. Ubius quoque David si-
milium phrasit ait, Psal. 68, 2: *In fūsus sum in limo*
profundi, et non est substantia; hoc est, nihil firmum
substat, *qui nitas.* Quid autem sit inīgi in limo pro-
fundi, et non inventire substantiam seu fundamentum,
sie exponit Euthymius. *Fæcum, inquit, illam Prophetæ*
significare voluit, quia sub profundi aquæ esse solet.
Qui igitur in huiusmodi face infixi sunt, substantiam,
hoc est, stabilitatem nullam inventi, ipsa nimur face
ob conoscam ac fluxum illam materiam semper magis
infra concidentem. Per hunc limum sive faciem fluere li-
minum eorum indidit, et eos excitavit, ut ab illo re-
cederent. (Rosemann.)

IGITUR SALVAT TE DE ORE ANGUSTO LATISSIMUM, ET
NON HABENTE FUNDAMENTUM SUBTER SE, REQUIES AUTEM
MENSE TUA ERIT PLUTUS PINGUELINE. Commodius sed,
tunc te amovit Deus ab ore angusto, propterea latitu-
dinem sub qua nulla angusta: *et quod impunit or-
tus tunc plenus fuisset pingueleine.* Nempe si ea epis-
tolas, ut juxi dixi; ostendit autem sequentibus, se alier
de Job opinari. (Grotius.)

COMMENTARIUM. CAPUT XXXVI.

bidinis volvuntates adumbrantur. Sicut enim qui limo profundi infiguntur, propter fluxum et conosam materiam stabilitatem amittunt, et deficit quidquid stable et firmum illos posset sustentare ne perireat: sic qui fluxus et conosam carnis voluntatis se dedunt, qui turpibus et freuentis libidinibus infiguntur, Christi stable fundamentum à se reieciunt, et inter instabiles concepcionis fluitant perituri. Et sicut a lascivo homine honorum omnium stable fundamentum Christus fugit; solum illi momentum aquarum fluctus, hoc est, fluxus voluntates carnis, inter quas naufragio perdere fluit. Post malorum autem liberationem Eliu addidit Job , si resipiscat , summam honorum omnium coniunctam et stabilem ex tenuissimam salutem dicens :

continet exhortationem comminatione permixtam ,
cujus sensus est : Dens te ut impium multeavit; re-
sive imprabi, implexisti, d., peccasti et punius es :
est ut impici judicium. Vel sic, complevit mensuram
impiorum hominum (Math. 25, v. 32). Consortium
labes cum improbris ita, reus es, tu impius, judicio imp-
iui plane temeris, et, nisi respicias, quis illi numeros.
Non quod anteriori eius vitam culpet, ut socii,
sed ob blasphemias præsenies, etc. Ide Job cum
sequitur audivit. Tu more impiorum causam tuam egiti-
sti , contra Deum inauraturando, eumque accusando,
quasi impisi simili fieri velis. Vel, sic agis tuum cau-
sum, quasi ius improbi velles confirmare. Tu temet
omnium iudicio reddidisti , manifeste crimina te
obstinxisti.

CAES JUDICEMQUE RECIPIES. *Causam et iudicium
sustentamus, iudicium et sententiam (sicut, recta) susten-*

REQUIS AUTEM MENSE TUE ERIT PLENA PINGUINEA. Id est, ad mensam bonis omnibus abundante sederbit. Id quod aliis verbis probris viris pollicetur David, Psal. 55, 9 : *Inebriabuntur ab ubertate domus tua; et torrente copientia tua potabis eos.* Additum Patres Graeci in Catena pinguinea vita eterna. Quasi illa Jobi mensa, que Eucharisticam representabat, ipsius aternitatis delicia et pinguisseret, et suos convivas impinguaret. Pulchritudo ad hunc locum S. Gregorius lib. 26 Morarium, cap. 24 : *Requies, inquit, mensa est refectio satiatis interior, que pinguine plena dicitur, quia in eternis voluntatis delectatione preparatur.* Sequitur :

VERS. 17. — CAUSA TUA QUASI IMPHI JUDICATA EST
CAUSAM JUDICIMUMQUE RECIPIES (4). Gravem haec sententię

(t) *Damnum es tangum impius, et eodem iudicio, quo tu a ceteris iudicasti; nullo scilicet clementia, quam tu aliis de-rectis, lenime. Hebreas : Iudicium impii implorat, causa et iudicium coeternum. Damnamur ut res patrociniis impio exhibiti. Vnde tibi impio more gressari, idem cum illo iudicium subiicit. Denique reddi potest : Si dum impium iudicisti, reguas et iustitia iudicio tuo praefuerit. Ps. 81: Si immo- dica te non seducit, nee favor traxit in partes. Vers. 19: Dominus vites tuas prospere reperiet, et quacumque te viduatus efficiat, nono robore confrabuntur. Regnum erit tibi tranquillum, solium adeo firmum, ut quasi non possit.*

Alli verbis tres Insoe versiculos ita accipiuntur: vers. 17. *Locutus es ut impensis*; *sed iustitia et iudicium Domini omnia moderantur*; vers. 18. *Cave iutori a furore Dei, ne te sevit*, adde ut preesens *lumen coezeret non valeret*; vers. 19. *Aut ratione habiturum credis Deum clamoris tui, opum, aurum, roburis?* E tanto sententiarum dissilio colligimus, hunc locum ita parvum extirparum esse, ut tantam sententiam discrepantium induxerit. Postrema explicatio optima videtur.

(Ganet.)
CAUSA TUA QUASI IMPII JUDICATA EST. Hactenùs te-
cum actum est, quasi cum magnorum multorumque
seculorum reo.

CAUSAM, JUDICIUM RECIPIES, si deinceps tuos Dominos mores proberabis; ipsa tibi bona rependet, et iustitiam tuam numerabitur, et pro tua cause meritis iudicaberis. (Macbethus.)

CAUSA TUA QUASI IMPPI JUDICATA EST, seu convictionis impius esse. Unde et impie cause *judicium*, id est pœnam *recipies*, si pergas impius esse. Sed jam resisti sapis, etenim effugies peccata ob quæ puniris.

Causa tua, etc. *Et* (vel *at*, *at vero*), *etsi tu quidem*
judicio impii plenus es, vel, *indictum* (vel *ius causam*,

tion de ce verset le sens qui paraît le plus conforme, et à ce qui est devant, et à ce qui suit, et qui a été

(Synopsis.)

CAUSA TUA QUASI IMPIJ JUDICATA EST : CAUSAM JUDI-
CUMQUE RECIPIES. Melius, *Etsi tu quidem improbo ju-
dicum implevisti, id est, quale optabat dedisti; atta-
men causa et judicium cohærebunt, nempe apud Deum.*
(Crotinus.)

Votre cause a été jugée comme celle d'un imovie, mais

Votre cause à Dieu j'osez comme celle d'un impie, mais
vous gagnerez votre cause, et on vous rendra la justice
que vous demandez. Nous avons suivi dans la traduc-
tion de ce verset le sens qui paraît le plus conforme,
et à ce qui est devant, et à ce qui suit, et qui a été

cipes uti egeris; poenam, si male, premium, si recte. *Causa enim et iudicium pro termino cause sive discussione atque iudicium; premio scilicet peccatae puniuntur, q. d., haec enim te quasi magorum scelerum reum indicavit Deus, et vehementer afflitit, quia con-
victus es impietatis: sed jam resili si sapit, et evita deinceps peccata ob qua puniri: nam si in posterum honeste vixeris, non minus tua merita liberali atque paternae manu compensabit. Ita Sanctus et Tirus. Varias alias easies diversissimas hujus loci interpretationes vide apud Pinedam.*

Tropologe S. Gregorius lib. 26 Moralium, cap. 25, hinc docet sanctos quasi impios ab hoc mundo judicari, apud Deum veri iustitia sua coronam accipere. Bonorum, inquit, causa iustitia est: quoniam causa quasi impii iudicatur: quia eorum hic iustitia paterno flagello fatigatur, ut ad ampliorem vigiliam precepione non solum mandatorum, sed etiam verborum percusione doceantur; sed causa iustitiae recipiunt: quia ex ea iustitia, quâ modo vivunt, tunc in culmine iudiciorum potestatis erit, ut tanto tunis potenter cuncti iudicent, quanto nunc in eis subtilius cuncta dicantur.

Allegorice hac Christo convenienter, cuius causa in passione quasi impii iudicata est, cum iniuste iudicatus fuit ab hominibus, et cum iniquis deputatus est; sed causa iudiciorumque recipiunt, quando in extremo iudicio justè iudicabiles omnes. Ita S. Augustinus, Tract. 19, in Joannem: *Forma illa erit Iudex, qui stetit sub iudice; illa iudicabit, que iudicata est, etc.* Et sermone ultimo de verbis Domini: *Sedebit Iudex qui stetit sub iudice; damnabut vero reos, qui falsus factus est reus, etc.* Item in Psal. 37: *Oportebat ut Christus taceret in passione, non tacitus in iudicio; iudicandus enim venerat, qui postea iudicatores veniret: et id est cum magna potestate iudicatur, quia cum magna humilitate iudicatur, etc.* Eque enim erat ut cujus apparuit summa humilitas, appareat summa gloria. Idem in Psal. 85: *Videbitur terribilis, qui visus est contemptibilis: demonstrabit potentiam, qui demonstravit patientiam. In cruce patientia erat; in iudicio erit potentia, etc.*

VERS. 18.—*NON TE ERGO SUPERET IRA, UT ALIQUEM OPPRIMAS; NEC MULTITUDINE DONORUM INCLINET TE (1).* Quasi

préfère par un habile interprète aux autres sens qu'en peut y donner. Eliu dit donc à Jacob : Qu'il avait été traité jusqu'auors comme un impie, étant accusé de mauux et dans la dernière misère : mais supposant qu'il éconterait ce qu'il lui disait, il ajouté qu'il trouverait le moyen par là de gagner sa cause devant Dieu, comme il l'avait souhaité, et qu'il lui ferait justice. Car la justice qu'Eliu prétendait que Job pouvait espérer, était qu'en s'humiliant et en implorant le secours de Dieu il obtînt miséricorde. Ce qu'il dit ensuite sont des avis qu'il lui donne par avance pour lui apprendre comment il doit se conduire lorsqu'il sera rétabli dans l'autorité d'où il prétend que sa mauvaise conduite l'avait fait déchoir. Car ces paroles du texte : *iudicium recipies*, peuvent s'expliquer encore : Vous receverez de nouveau la puissance de juger.

(Sacy.)
(1) Incipit tradera Jobo documenta honeste vivendi.
(Menochius.)

dicat: Si quando vero divina te benevolentia ad priorem fortunam et iudiciale potestatem reducat, ne rursus ab illo deturberis, eo tibi diligenter entendum est, ne ira precepis aut conturbato animo ad iudicandum accedas nec te donorum multitudine a rectâ iudicandi via aliorum agas. Quae duo sunt monita omni iudicii cumprensionis ob-

NON AMPLIUS TE SUPERET IRA: NE MULTITUDINE DONORUM INCLINET TE, AD INJUSTA JUDICIA. (Tirus.)

*Nam ira, scilicet, Dei tibi profecto timenda est, si pergas ut copisti, vide igitur ne propellat, removet, a medio tollat te illa (ira) percussione, plaga te perterrit et perdeat, quia notio verbum **PERCUTERE** supra 54, 26, aderat. De verbo **PERCUTERE** confit, not, ad vers. 16. *Ei multitudine preti, lytri, non te declinare faciet, seu à percussione seu exitio: unde nullo modo te redimere possis.* **PERCUTERE** h. l. esse magnum aurum et argenti vim, quâ se quis ab instante morte redimat (conf. Ps. 49, 8), evincit versus proximus. (Rosenmuller.)*

NONTE ERGO SUPERET IRA, concisum est admodum quale Job. c. 19, v. 29, id obscurissimum facit hunc locum. Quia ira, nam, vel quia, existit est.

Nam ira est; q. d., nam est tibi profecto timenda Dei ira, si

*pergas ut copisti. Cetera ira (tempore) sub. **PRESTO**, et, vel, est tibi, irascitur tibi, sive iratus te affligit. Ira quoque ista, excedenscentia est, excedenscentia Dei est; aut, Deus est ira excedenscentia, id est, excedenscentia in malis. **PERCUTERE** pro **WAN HAN**: ut alibi vinum, pro viro vini; dolus, pro viro dolii. Ira super impios erit.*

UT ALIQUEM OPPRIMAS. Variè vertunt: *Ne, vel ne*

*forte, afflictus (vel incit, prouicit, subducat, educatur) te in, vel, cum, sufficiencia, sub, tua (ita **PERCUTERE** accepit hic et Job. 20, v. 22, nec alibi occurrit), i. e.,*

cum opibus quas habes, q. d., nihil profuerint tibi dividere.

Ne te cum abundantia rerum quantitas perdat,

*que te non sit literatura, ut sequitur. **PERCUTERE** exponit in significacione Syriae. Syris Deus vocatur **sibi sufficiens**; et sufficiens dedit. Eleganter dicunt Arabes:*

Ordo impensarum dimittit sufficiens; qui enim

ordine (h. c., suo loco et tempore) singula emit, di-

midio minus impedit quam quia alter facit. Alii ait:

Ne, vel, forte, ejus, vel removet (vel pellat, propellat,

tollat de medio, nempe Deus) te flagello, vel, plaga,

sive percussione, i. e., te percutiens plaga; vel, com-

plorione, comploiendo et pervertendo; vel ictus, sci-

ctus, palma aut pedis, ut iratus mos est. Alii hoc

commisus cum precedente necrum, et intrummo sic

reddunt. Quia astuas ira obvenit, cave ne avertat te

explosionem, i. e., quam gravissimum Deus in te infensi

judicium obveniet tibi, cave ne Deus explodat te, si

in te variabis. Quia ira vide ne in te plus satis inci-

ter, sequentia autem vera sic reddit, ita ut eum ne

maximo quidem oblatu pretio possis effugere. Quoniam

dei, scilicet Dei, ne forte removet te in flagello; i. e.,

debet recta sequi, ne forte ira Dei amplus contra te

exacerbat, removatque te amplius quam fecit. Nam

poteris ut te nec rerum copia eripat. Alii sic: Quia

minima te ira defendit, etiam compositione manuum

fuerit ministrata, de Iohi accepit, quod plerique de

ira Dei. Fortasse ira seducti, ut in sufficientia, i. e.,

quando opulentis eras et magis ex anima affectu quia

ex cause iustitia iudicasti; aut, ut sequitur, nullum

donorum te inficit, ut favere cause hominis impii.

NEC MULTITUDINE, etc. Et (tum, inquit, si in te exar-

descere coepit in Dei) multitudine, sive magnitudo,

preti (vel propitiationis, redempcionis, vel munera,

muletus, vel multiplex redemptio) non te avertat; vel

asseret, declinare faciet; Heb.: ne te avertat; sed

non quidem tantum negat. Et replete, cave ne magnam pre-

titum redēptionis abducit te. (Synopsis.)

NON TE ERGO SUPERET IRA UT ALIQUEM OPPRIMAS: NEC

MULTITUDINE DONORUM INCLINET TE. Melius sic: Quare

ira vide ne in te plus satis inciterat, ita ut eum ne

maximo quidem oblatu pretio possis effugere.

(Grotius.)

servatu necessaria. Primum autem documentum est, ne quis ira præcepis aut conturbato animo ad iudicandum accedat: neque enim qui sui impos est de aliquorum causâ recte iudicabit; neque is æquum se praecipiat: quem amentem causa illa animi violentia praecipiat: proprium autem est ut innocentes opprimat, si in illos tunc temporis occurrit, quando furore cacus, æquum ab iniquo discerner non potest. Hoc documentum omni tempore maxime necessarium est illi qui multitudinem precepit, ne qua in illo immoderatio affectio dominetur: sed præcipue dum aliena iudicat causa, et suum cuique ius servare sancte atque legitime debet. Ante omnia autem faciendum est, ne in turbulento illo animi statu poscas iratus ab illis petat, quos habet imperium et auctoritatem; ne administrante fastidio animi et ardore limitem justi atque æquum prætergreditur: sinat paulatim exhalarre incendum, impetuque illum nimium frangi ac debilitari, quod redate in se animos, et a gravi jaetatione in humanitate veluti portus succedit. Sic fecisse magnos videmus viros antiquæ memorie famâ celebratos, qui irati servos suis aut aliis plecedo verboribus demandabant, aut nullam penam intulerunt. Quo nomine Cicero Tuscul. 4, et Valerius Maximus lib. 4, cap. 1, miris laudibus extollunt celebre illud dictum Archytas, cum merito excedisset in servum: *Sumptis à te supplicium, nisi tibi iratus essem.*

Alterum documentum non minus iudicii necessarium, est ne se muneribus corrumpti patiantur. Quamobrem hoc ipsum prohibens subdit:

NEC MULTITUDINE DONORUM INCLINET TE. Hoc est, quantisquecumque muneribus obruians, tamen ut palma contra pondus renitere, et nunquam ab sequitate tui muneris to infecti patiaris. Nec immerito iram cum hoc munerum appetitum conjungit: quia ut illa hominem excacare solet, excacatumque in vindictam precipitat; ita ei hanc tantam mentem caligine obscurat, ut in prava iudicia competit. Hinc illud Siracenus, Eccl. 8, 5: *Multos perdidit aurum et argentum, et usque ad cor Regum extendit et convergit. Ubi tanta auri et argenti vis significatur, ut non solum pauperum animos pertinet et expugnet, sed etiam principum ac regum, qui minus auro indigent, invadat, et, interpreti Lyrano, a veritate in latitatem eorum iudicium convertat. Nihil sanè est in republicâ perniciens quām Judices **επαρρήστη**, ut Hesiodus appellat, hoc est, muneribus voratores. Patet imprimit in filii Samnelis, qui iudicium proper munera pervertere, et se et rempublicam perderunt. De quibus D. Petrus Damiani lib. 2. Epist. 2: *Fili, inquit, Samuelis nullum aliud crimen habuisse leguntur, nisi quia munera dilexerunt: et quia patrem munditie non sequerant exemplum, irre recuperabiliter amiserunt plebis Israëlitice principatum. Et notandum, quia cūm de illis Scriptura dicit, declinaverunt post aurarium, acceptur munera, rotius intulit: Perverterunt iudicium. Vicium quippe est atque contignum, ut post munus acceptum perverterunt etiam corruptio Censure iudicium.**

Itaque munerum acceptio duo præcipue mala iudicibus afferre solet: unum, ut in iudicis ferendis penitius exequiantur: alterum, ut in peccatis arguendis penitius obmutescant, aut saltem fallacter adulteretur. Utrumque malum olim in lege exprimebatur: *Nec accipies, inquit Deus, Exodi 25, 8, munera, quæ etiam excecerunt prudentes, et subvertunt verba iustorum.* Et rursus, Deut. 16, 19: *Nou accipies personam ne munera; quia munera excecerunt oculos sapientum, et mutant verba iustorum.* Ubi vides duas maximas virtutes, sapientiam in iudicis formandas, et iustitiam in sententiis ferendis, per munera largitione faciliter corrumpti. Unde recte Salomon, Eccl. 20, 51: *Xenia, inquit, et dona excecerunt oculos iudicium, et quasi munera in ore overit correptiones eorum.* Quae posteriora verba difficillora sunt. Jansenius è Greco legit: *Et quasi frenum in ore.* Nam sicut equi freno domantur, et in quam partem sessor voluerit inflectuntur: ita iudices muneribus coercentur; et in quam partem volunt litigantes se abduci patiuntur. At vero Lyranus et Dionysius legunt: *Et quasi rama in ore, et sic interpretantur ex Strabone; nam quemadmodum, inquietum, datur quoddam genus rana, quam Graci vocant **επαρρήστας, calamitam**; que in os canis insilens canem taecentem reddit, et latranti eripit potestatem: ut planè et munera judices officium mutos et elingue, ne quidquam adversus peccantes eloquantur. Alludere etiam poterunt ad ranas Scriptias ab insula Seriphio, ubi rana muta inventa dicuntur: quasi iudices ore muneribus obstructo tanquam ranæ Scriptias obmutescant. Et siue illæ ranæ monstrose sunt, quia præter naturam ad coaxandum quodammodo factam perpetuo silent; ita et iudices monstri similes habeantur, quia cum diendo juri vacare debeat, tamen reficendo potius incumbunt.*

Notandum porrè maximè est verbum *inclinat*. Alludit enim ad id quod in bilance contingit; ubi si in una statera quid gravius apponatur, eam deprimit, alteram vero sursum elevat: sic et munera iudicem inclinant, et deducunt, ut et propendeat iudicio et sententiâ, quâ data inclinat. Ab hoc enim verbo in Proverbiis dicitur, cap. 4, 27: *Non declines ad dexteram, neque ad sinistram; et de pravis etiam iudicibus dicitur 1 Reg. 8, 2: Declinaverunt post aurarium, acceptur munera, et perverterunt iudicium.* Opus igitur est recto iudici ut cum illis rectis aggreditur, de quibus dicitur, Cant. 1, 4: *Recti diligunt te, quod bene explicavit Alanus dicens: Qui non incurvantur, sed dirigunt, sequo etiam libripende, ut pro aquitate, non pro iniquitate appeno munera deprimat elevere iudicii mentem, neque respiciat data, sed probata; non iniquitatem, sed aquitatem; non alio munera, sed proprium justitie munus et officium.*

VERS. 19.—DEPONE MAGNITUDINEM TUAM ABSQUE TRIBULATIONE (1), ET OMNES ROBUSTOS FORTITUDE. (2)

(1) Depone tumorem magnitudinis tuæ, ne iniqua potestia tua humiliis et infirmi tribuleantur. Vel, *oblique tribulatione*, idem est atque sine flagello, quæ